

Calixtus eps seruus seruorum dei. Dilectis filiis. B. preposito. et. Hu. decano maioris eccle
in Colonia. Salt. et aplicam bn. Sicut reminiscimur controuersiam que uertebatur in-
ter canonicos Sci Seuerini et parrochianos de Caldencapelle. uobis iam sepius
audiendam. et debito fine terminandam commisimus. Tandem nc sicut nobis in-
notuit. post multos canonicorum labores. et plurimas expensas. fine canonico
terminata est. Quia igitur nulli dolus et calumpnia patrocinari debet.
per presentia uobis scripta mandamus. quatinus parrochianos de Cal-
dencapelle qui ecclam Sci Seuerini. et. E. pbrm de Lintlo totiens in ius te-
uexauerunt. in expensis prout in presentia ura probare prefata eccla poterit.
condempnetis. uel inter eos pacifice componatis. Dat. Viterbii.
VII. Id. Iul.

(1170) Juli 9, Viterbo: Papst Calixtus (III.) beauftragt Propst B(runo) und Dekan Hu(go) des Domstifts zu Köln, die Angehörigen der Pfarrei Kaldenkapellen nach dem Ende ihres Streites mit den Kanonikern von St. Severin dazu anzuhalten, der Kirche St. Severin und dem Priester E. von Lintlo die entstandenen Kosten zu ersetzen.

(Orig. Köln, Historisches Archiv des Erzbistums, St. Severin, Urk. Nr. 9. – Reg.: JL –; GP VII/1, S. 141 Nr. 28; S. 157 Nr. 7. – Druck: Die Urkunden des Pfarrarchivs von St. Severin in Köln, bearb. u. hg. von Johannes Hess, Köln 1901, S. 18 Nr. 9. – LBA-Nr. 14703)